

tenus contingat dictis de Bistagno cessare a solutione dictorum scutorum quatuorcentum quinquaginta in termino prædicto duorum annorum, possint dicti Domini Agentes pro communitate Aquensi, vel qui pro tempore erunt impetrare contra dictam Bistagni communitatem, dictos Agentes, & quamlibet aliam Bistagni personam, & eorum bona executionem a Ducali, & Marchionali excellentia, seu illius Ill. & Reg. Senatu Montisferrati, cui ex tunc prout, & contra præsentis instrumenti serie suppli-<sup>10</sup> catum esse volunt, ut dignetur contra ipsos de Bistagno executionem deputare tam contra ipsos, & quamvis eorum, quam ipsam communitatem, & eorum bona, quæcumque etiam ea, quæ in generali obligatione non veniunt pro summa principali, & quolibet accessorio eandem executionem exnunc, ut supra acceptantes per pactum expressum legitima stipulatione accedente, & vallato absque ulla citatione, & intimatione ipsis Agentibus, seu communitati ipsius loci, seu ipsismet particularibus obli-<sup>20</sup> gatis ut supra, nec alio quovis judiciali actu præambulo ad hoc opportuno, & necessario faciendo, qui se transferat ad ipsum locum Bistagni, & executionem in bonis mobilibus, & immobilibus juribus, & actionibus dictæ communitatis Bistagni dictorum Agentium pro ipsa communitate, & cujuslibet alterius dicti loci personæ faciat tam pro principali summa dictorum scutorum CCCCL., & dictorum scutorum quadraginta cum dimidio singulo anno quam pro omnibus damnis expensis, & interesse<sup>30</sup> per dictam communitatem Aquensem supportantem & patientem de quibus credi voluerunt soli, & simplici verbo dictorum Agentium pro communitate Aquensi, vel eorum, qui pro tempore erunt cum eorum juramento absque alia judicis taxatione, & probatione, nec non & pro salario, & expensis ipsius executoris. Et his mediante prædicti Domini Agentes pro dicta communitate Aquensi suo, ac dictæ communitatis nomine, pro qua de rato promittunt sub obligatione omnium honorum suo-<sup>40</sup> rum mobilium & immobilium, & dictæ communitatis factum, & casum proprium facientes, ita quod per diligentiam exactissimam non excusentur, nisi plene sequatur effectus implementi contentorum in præsentis instrumento quittarunt, liberarunt, & absolverunt, ac quittant, liberant, & absolvunt prædictos Agentes communitatis Bistagni ibidem præsentis stipulantes, & acceptantes per se, & nomine dictæ communitatis ab omni eo, quod petere possent, & consequi a dicta communitate Bi-<sup>50</sup> stagni occasione, jam dictarum contributionum militarium præfati Illustris D. Alonsi tantum, nec non a parte datæ ipsi communitati Aquensi tangente, ac omnibus aliis damnis, & expensis per ipsam communitatem Aquensem passis, & factis occasione dictarum contributionum comitivarum prædicti Ill. D. Alonsi, & cum pacto de ulterius quidquam non petendo &c. & pro præmissis ad unquam, & in-  
violabiliter observandis, & adimplendis dicti Agentes pro communitate Bistagni, & quilibet ipsorum<sup>60</sup> in solidum ut supra sese, & bona sua, ac communitatis ipsius loci, & omnium aliarum particularium personarum ejusdem loci submiserunt, & submittant

curiis quorumque judicium tam ordinarium, quam extraordinarium, & tam Ecclesiasticorum, quam secularium, & tam delegatorum, quam subdelegatorum ubilibet constitutorum, ac jurisdictionibus coercitionibus, compulsionibus, juribus, rigoribus, stilib, & meris examinibus eorundem. Et per quas quidem curias, & earum quamlibet voluerunt, & consenserunt sese, & quemlibet ipsorum in solidum posse, & debere cogi, & compelli, & exequi more debitorum fiscalium, & sicut sunt approbata, vel quæ in rem transferunt judicatam, atque moneri, excommunicari, aggravari, & reagvari, & interdici, & ad brachium seculare deponi, arrestari, capi, & incarcerari, ac detineri uno, & eodem, vel diversis temporibus, vel per diversorum temporum intervalla, bona quoque eorum pignorari, subhastari, & deliberari usque ad plenariam satisfactionem omnium, & singulorum præmissorum, ac damnorum interesse, & expensis ita, & taliter, quod executio unius curiæ executionem alterius non impediatur, sed de una curia ad aliam trahi, & distringi possint ad libitum ipsorum DD. Agentium pro ipsa communitate Aquensi sine aliquo ipsorum præjudicio non obstante l. si convenerit ff. de juris dict. om. jud. & l. ubi captum ff. de jud., & quavis alia juris, & facti exceptione in contrarium faciente. Et pro faciliore executione obtinenda omnium, & singulorum præmissorum ipsi de Bistagno sponte, & ex eorum, & cujuslibet ipsorum certa scientia omnique deliberatis, ac eis omnibus melioribus modis jure, via, & forma, quibus melius fieri potuerunt, & possunt fecerunt, constituerunt, creaverunt, ac solemniter ordinaverunt eorum, & cujuslibet ipsorum in solidum, ut supra certos nuncios legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores, & negotiorum suorum infrascriptorum gestores, & quidquid de juris beneficio melius dici, & esse potest, videlicet omnes, & singulos notarios, & procuratores de præsentis praticantes, & qui pro futuro tempore erunt in civitatibus Ast, Albæ, Casalis, Saonæ, Alexandria, Januæ, Aquis, ac in omnibus aliis civitatibus, & locis mundi, quorum notariorum, & procuratorum nomina, & cognomina hic pro insertis haberi voluerunt, & pro sufficienter expressis absentes tamquam præsentis, & quemlibet eorum in solidum, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, ad procuratoris nominibus ipsorum constituendum, & cujuslibet eorum coram prædictis iudiciis, & dictarum curiarum officialibus comparendum, & eosdem ut supra in prædictis summis ut supra solvi promissis teneri, & obligatos esse, nec non in omnibus damnis, expensis, & interesse, de quibus supra, omniaque, & singula in præsentis instrumento contenta, inserta, & descripta fuisse, & esse vera semel, & pluries contentes, & recognoscentes, ac ad supplicandum Ducali, & Marchionali Excellentie quovis opus fuerit ubi deficerent in solutione factam, vel summae principalis, & accessorii, ut dignetur contra ipsos particulares, & communitatem, & quemlibet ipsorum in solidum executores, & executores ut supra deputare, & ad petendum, audiendum, & recipiendum eorundem constituentium, & cujuslibet